



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Corpus Juris Canonici**

**Gregor <XIII., Papst>**

**M. DC. LXI. Coloniae Munatianaee, 1661**

IV. De Iure personarum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62953](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62953)

**A**lia vero concilia, quæ ductu Sancti Spiritus congregata & celebrata fuerint, proximum ab istis sibi locum vendicant. Quod si quando inter ea discordia sententia inveniatur, illius sententia magis est tenenda, cujus antiquior & major est autoritas.

**P**rovinciales concilia quæ sunt, & quam auctoritate habeant. Provincialis a concilia sunt, quæ propter Ecclesiasticas causas, & altercationum sedationes per singulas Provincias, convocant Metropolitanis Episcopo omnes provinciales Episcopos, & cathedralium Ecclesiarum capitula, celebrari placuit. Hæc autem neque diffinitiva, neque generaliter constituendi vim aliquam habent: sed tantum curandi, ut id servetur, quod aliis statutum est, & quod generaliter facti specialiter observari præceptum est: licet interdum & vice ab his recitè statuta sunt, etiam Catholica Ecclesia suscipiat.

**E**piscope concilia sunt, quæ Episcopus in sua diocesi singulis annis convocatur, dum inter suos Abbates, Presbyteros & Clericos cognoscit. In his, si quid ab Episcopo statutum fuerit, nec subditi extra Diocesim constituti, neque ignorantibus nisi si ignorantia supraligantur. Quamobrem pastoralis officii cura postulat, ut, quod in illis constituta fuerint, Episcopus suis plebibus nota facere non omittat.

*Decreta Pontificum Romanorum auctoritate decretis conciliorum.*

**D**ecreta d quoque Pontificum Romanorum Canonibus Conciliorum pari potestate exquantur. Nam si id demum hodie probatur, quod sedes Apostolica probavit, & quod illa repulsi, rejicitur: multo magis quæ ipsa pro Catholica fide, pro sacris dogmatibus diversis temporibus scriptis, debent omnibus reverenter recipi.

*Scripta sanctorum non inserta iuri communi, secundum potestatem Pontificum Romanorum locum obtinent.*

**A**lia sane est causa eorum, quæ sancti viri, vel sacre pagine interpretes scripta reliquerunt: nam quæ sacris canonibus inserta comperitur, pariter cum eis obtinent firmitatem, cætera vero post sancti Pontificum auctoritatem tenent: nam licet divinarum scripturarum interpretes scientia Pontificibus interdum præcedant, quia tamen statuendi potestate desunt, in scripturis quidem exponendis illis quandoque præponitur: in causis vero diffiniendis, secundum potestatem eorum habere merentur. Aliud est enim casus terminum imponere, aliud scripturas diligenter interpretari, cum in negotiis diffiniendis non solum necessaria sit scientia, verum etiam potestas.

*Ius Canonicum versatur circa personas, res, & iudicia.*

**V**ersatur autem ius Canonicum circa tria: circa personas, res, & iudicia. Verum quia posteriora duo ad personas referuntur, videamus prius de personis: parum enim esset illa nosse, si personæ ignorentur, quarum causa illa ipsa constituta sunt, & per quas ea omnia administrantur.

DE IVRE PERSONARVM. TITVLVS IV.

*Christianorum quidam sunt laici, quidam clerici: & clericorum quidam sunt in sacerdotio constituti, quidam in sacris, non in sacerdotio, quidam nec in sacerdotio, nec in sacris.*

**P**ersonarum genera duo sunt, unum laicorum, alterum vero clericorum. Laici, qui & populi: res dici possunt, sunt, quibus licet temporalia possidere, uxorem ducere, causas agere, interviri &

a Dist. 17. per totum. & can. propter. dist. 18. b d. dist. 18. c. in sum. c can. pen. an. Palea 10. dist. 19. e. sicut olim. extra. de accus. d. can. per totum. dist. 19. e. dist. 20. per totum. f. sicut alud. in sum. d. dist. 20. g. Can. duo sunt genera. 12. quaest. 1.

virum iudicare. Clerici sunt, qui divinis officio consecrati sunt, & quos ab omni strepitu cessare convenit. Videamus igitur de his, qui divinis officio consecrati sunt, si cognoverimus, quæ sit perfectio. Ceterum, cum de his qui laici sunt, intelligemus. Horum autem quidam sunt in sacerdotio, quidam in sacris, quidam vero in inferioribus, nec in sacris. Rursus eorum qui in inferioribus constituti sunt, quidam sunt in altiore gradu vel in inferiori, quidam vero in inferiore. Videmus igitur, quidam de his sacerdotibus qui in altiore gradu constituti sunt, quædam de his qui in inferiore, et quædam de his qui in inferioribus constituti sunt, videtur, & quædam de his, qui nec in sacerdotio nec in sacris consecrati sunt.

DE EPISCOPIS ET SYRMO PONTIFIC. TITVLVS V.

*Episcoporum ordo est imperialis, & hanc dignitatem a Papam locum tenent.*

**I**n altiori gradu constituti sunt Episcopi. Et sunt Episcoporum ordo imperialis: alii enim sunt Patriarchæ, five Primates: alii Archiepiscopi, alii simpliciter Episcopi Patriarchæ sunt qui in imperio, alii in imperio Pontificem tenent locum: quales Constantinopolitanus, Alexandrinus, Hierosolymitanus, Antiochenus. Appellatur autem Patriarcha, quia loco honore funguntur, quasi patrum Principes: cuius dignitatis excellentiam, & crucem e in ostentat Archiepiscopi & Archiepiscopi appellati recipere permittuntur.

**A**rchiepiscopi sunt presules Episcoporum in Provinciis Principes & Praefules. Provincie quidem in Imperio ante adventum Christiani temporis maxime in usum erant: quæ diverso postmodum & quædam ex parte successerunt renovata est. Itaque cum imperium in Occidentem seculi, nostris Patriarchis vel imperio legibus secularibus ponere iusserunt. In civitatibus autem metropolitanis, quæ minores iudices habebant, illi nomine designantur. Ad hos igitur non nisi in negotiis cognoscere pertinet: à quibus tamen si avarum illi appellare poterunt.

*Episcopi sunt, qui presunt majoribus populis, & locum tenent appellare possunt, & magna est eorum in Ecclesia auctoritas.*

**S**impliciter autem Episcopi sunt, qui in majoribus populis & frequentibus civitatibus presunt. Episcopus enim qui in Ecclesia præpositus est. Mores autem in rebus populorum infra le positum spectantur in rebus. Horum autem non modica in Ecclesia est auctoritas: nam præter ligandi solvendi que potestatem, & solida diligentiam, soli sacrum christiani confitentium, & altaria & Ecclesias consecratorum, & populi regum, clericos ordinant, suspendunt & deponunt: ad hos potestatem excommunicatio, purgatio, omnis iudicatio, dispensatio, & lenis poenitentia impolito.

**Q**uod autem dicitur, quædam solus Episcopus esse, quædam posse, non eum habet intellectum, quasi Archiepiscopi & Primates non eandem habeant potestatem.

a Can. v. v. d. dist. 21. b d. can. 1. h. Patriarcha. c. 1. antiq. Patriarch. vobis. x. dist. 21. d. can. dist. 21. e. dist. 21. f. Can. 1. h. Episcopus. dist. 21. g. Can. v. v. d. dist. 21. h. can. quædam. dist. 21. i. e. quædam. per totum. quaest. 1.